73

multis præbere, Nondum igitur illa unitatio in Ecclesijs harum regionum facta est. Et in conventu gentis Misorum honestæ et piæ sententiæ dictæ sunt, ne turbentur pie Ecclesiæ recipiendis corruptelis, quas continet liber Augustanus, Saxonicam gentem speramus gravitatis et constantiæ suæ specimen Illustre in re tanta prebituram esse. Optamus autem ut hi qui presunt Ecclesijs harum Regionum, nunc maxime concordes sint, Et sint una in Deo, ut filius dej precatur Bene et fæliciter vale. Die Julij 21. 1548.

Philippus Melanthon

Vide ad hujus Epistolæ meliorem intellectum Melchior. Adami in vita Joannis Brentij pagina 146.